

PRÆNOTIONUM  
CANONICARUM,

LIBRI QUINTQUE:

QUIBUS SACRI JURIS,  
Atque universi Studii Ecclesiastici Principia,  
& Adminicula enucleantur.

EXARABAT

JOANNES DOUJAT

ANTECESSORUM PARISIENSIIUM,

AC REGIORUM PROFESSORUM PRIMICERIUS,

eoque nomine COMES.

*Editio Sexta anterioribus accuratior.*



VENETIIS,  
EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.

MDCCLXII.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.





# PRÆFATIO

A D

## LECTOREM.

I. **N**EC Terræ semina committunt agricolæ, nisi ejus gremio ante mollito sulcis atque subacto; nec Pictores tabulis suis vividos & mansuros colores imponunt, nisi prævio quodam pigmento prius imbutis, quo velut solo universa pictura sustineatur: nec

*In opere quovis præparatione opus.*

Ars omnino ulla reperitur, cujus opera vel minimum duratura diligenti præparatione non indigeant. Sic sua judiciis, sua itineribus præparatoria sunt; aut omnibus, ut verius dicam, humanis actionibus, quarum nulla statim & sine cura perfici potest.

II. Hoc autem, cum in reliquis rebus, tum maxime in Scientiis adipiscendis evidens est; quæ cum nobis natura non insint, non sine magna cultura, nec nisi gradatim proveniunt: ideoque *Præcognitis* quæque suis, non secus ac fundamentis nituntur. Ut enim Aristoteles recte observat, atque inductione comprobat (*in princip. analiticor. poster.*), *Doctrina omnis, omnisque disciplina, que intelligentia & meditatione constat, ex antecedente sit cognitione.* Et sane prior cognitio ad posteriorem velut gra-

*Præsertim in Disciplinis.*



## AD LECTOREM.

*Juris iter praeceptis; anfractus haec tamen omnes  
 PRÆNOTIONES explicant:  
 Ecce patent aditus cunctis, Tanto Duce tota  
 Juris patet prudentia.  
 Hinc age qui studii sacri penetralia queris:  
 Prostant suo cuncta ordine.*

## NOI RIFORMATORI

dello Studio di Padova

**C**oncediamo Licenza di poter ristampare l'Opera intitolata: *Institutiones Juris Canonici cum Notis Joannis Doujatii*, osservando gli ordini soliti in materia di Stampe, e presentando le Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Data li 3. Gennaio 1761. M. V.

( Marco Foscarini Cav. Proc. Rif.  
 ( Alvise Mocenigo 4.º Cav. Proc. Rif.  
 (

Registrato in Libro a Carte 115. al Num. 486.

*Giacomo Zuccato Segretario.*



# PRÆNOTIONUM CANONICARUM,

QUIBUS SACRI JURIS

AC TOTIUS ECCLESIASTICI STUDII

PRINCIPIA ET ADMINICULA EXPLICANTUR.

LIBER PRIMUS.



X ordinis in Præfatione delineati ratione, duæ hujus libri partes erunt, ad quas poterunt, quæ in eo tractabuntur, omnia revocari. In priore agetur *de Juris Canonici natura*; quo pertinent ejus Etymologia, Definitio, Proprietates, Divisiones atque ab affinibus scientiis Differentiæ. Deinde, cum generales quatuor sint quasi Fontes, ex quibus præcipue manant specialia Juris hujus effata atque præcepta: in Posteriore hujusce libri parte primum illorum genus tractabitur. Sacri nimirum Codices, seu *Scriptura Canonica*. Quæ vero ad Concilia, tum universalialia, tum localia seu particularia; ad Pontificias Constitutiones; ad dicta & Sententias Patrum cæterorumque Aucto-